



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

XVI. Bischof Arnold von Lübek verwendet sich für die Abschaffung der  
Verehrung des heiligen Blutes auf Befehl des Pabstes Nicolaus V., im Jahre  
1450.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

boris vel momenti. Datae Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis dominicae Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo septimo, quarto Jd. Septemb. Pontificatus nostri Anno primo.

Nach Lüdtkf.

**XVI.** Bischof Arnold von Lübeck verwendet sich für die Abschaffung der Verehrung des heiligen Blutes auf Befehl des Papstes Nicolaus V., im Jahre 1450.

Obsequiosam in singulis complacendi voluntatem Reuerende in Christo pater, fautor et amice singularis, Accepimus nouissime cum ea, qua decuit Reuerentia, Sanctissimi Domini nostri Papae Nicolai V. scripta atque mandata, in quibus narratur, Sanctitati suae a nonnullis magnae autoritatis viris significatum fuisse, intolerabiles cotidie committi errores atque populi deceptiones in Vuilshaco, vestrae dioecesis oppido, vbi Clerici Ecclesiae illius tres affirmant conseruari Hostias, cruore miraculoso asperfas, in quibus tamen hostijs alij referunt nullum vnquam fuisse miraculum, nec cruorem miraculosum, et circa hoc erroris grandis principium multiplices alij erroris dietim, vt suae Sanctitati relatum esse testatur, ibidem frequentantur. Committens nobis atque mandans, vt vocatis Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Magdeburgensi, vestra paternitate, atque Illustri Domino Friderico Marchione Brandeburgensi, ab initio huius rei nos diligenter informemus, et omnia fideliter examinemus, atque suam Sanctitatem super praemissis et singulis ea concernentibus, non differamus reddere certiozem. Ea propter desideriose affectamus, hortamur in Domino atque obnixè in vera charitate deprecamur, vt vos ipsi rem ipsam, in Dei timore, et recta conscientia iudicetis, atque consilij adhibitis, et maturis informationibus praefati Domini Magdeburgensis Metropolitanì vestri, prudenter errores talismodi tollatis, ac sagacitate propria taliter reformetis, vt vos et nos, atque dicti principes a laboribus ex expensis prolixioribus, iuste simus excusati, cum fas non erit nobis summi Pontificis mandata negligenter praeterire, conuenientioreque vobis, et Ecclesiae vestrae atque eidem Sanctissimo Domino nostro, longe arbitramur gratiosorem eam reformationem in praemissis, quae a beneuola atque spontanea processerit voluntate. Non etiam ambigimus, quin Domino Deo acceptissimum praestabitis obsequium, Si fideliter se exhibuerit Dominatio vestra in praemissis. Altissimus conseruet e. u. p. in votiui successus prosperitate feliciter et longaeue. Ex castro nostro Vthin. XII. die Septembris nostro sub secrete Anno M. CCCC. Lmo. Responsum vestrum benignum, si consilij super praemissis placeat aequiescere Metropolitanì vestri, nobis petimus rescribi nuncium per praesentem.

Arnoldus Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Lubecensis.

Nach Lüdtkf.

**XVII.** Erzbischof Friedrich von Magdeburg publicirt das Verbot des Cardinal-Legaten Nicolaus von Cusa in Bezug auf die Verehrung des heiligen Blutes, im Jahre 1452.

Vniuersis et singulis Christi fidelibus, per prouinciam nostram Magdeburgensem, et praesertim per Dioeceses Havelbergens. et Halberstadens. vbilibet constitutis, ad quos praesentes nostrae literae peruenierint, Fridericus Dei gratia sanctae Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus, Primas Germaniae,